ea ille est qui diligit me [et]c[etera].
Greg[orius] / Ille enim est amore dei
maior qui ad eius amorem
plurimos trahit. Amor ad proximum
est propter quatuor, primo propter naturam sicut Luce
10. Diliges proximum tuum sicut te
ipsum / Joh[annis] 13 Mandatum novum
do vobis ut diligatis invicem [et]c[etera].
1 Joh[annis] 3 Qui non diligit manet
in morte / 2° est fraternitas naturalis que
est inter omnes homines / Mal[achie] 2
Nunquid non pater unus omnium nostrum
Aug[ustinus] / Unum parentem deus hominibus
creare voluit ut in naturis concordia
et unitatis memoriam servaret / 3°
est fraternitas spiritualis que est maior
fraternitate carnali quia deus pater nos
adoptavit spiritualiter filios / Ung[?] Mat[thei]
23 Unus enim est pater vester qui celis
est / 4° est fraternitas dilectio quam complacet
deo / Eccli. 25 / In tribus
beneplacitum est spiritui meo que sunt
probata coram deo et hominibus / Con-
cordia fratrum amor proximorum vir
et mulier sibi bene consencientes. Amor
proximorum triplex est modus, primus
quo Christus amat nos / Joh[annis] 15 Hoc
est preceptum meum ut diligatis in-
vicem sicut dilexi vos / Joh[annis] 3
Ille animam suam pro nobis posuit
et nos debemus animas pro fratribus ponere /
amavit nos Christus quatuor modis, primo
amore toto quia non propter utilitatem
suam sed nostram / Job / Quid prodest deo
si iustus fueris aut si immacula-
ta fuerit via tua / quasi diceret nichil
sed tibi / Bern[ardus] Amor qui ante pre-
dit vite redditur / 2° amore discreto
scilicet propter amandum et vicia mortificando
Mat[thei] 3 Progenies viperarum quis de-
monstrabit vobis fugere a ventura ira
facite ergo dignum fructum penitencie Aug[ustinus]
Sic sunt homines diligendi ut
eorum errores non diligantur / Isid[orus]
Non homines sed vicia sunt odio ha-
benda / 3° amore fructuoso / Ven[?] Joh[annis] 3
Filioli non diligamus verbo neque lingua

sed opere et veritate / 4° amore perseveranti
Joh[annis] 13 Cum dilexisset suos qui
erant in mundo usque in finem dilexit
eos / Prov[erbiorum] 18 Omni tempore diligit qui
amicus est / 2us modus est quo ama-
mus nos metipsos / Luce 10 Diliges
proximum tuum sicut te ipsum / et Mat[thei] 22
[?] sicut te ipsum diliges id est ad quod
te ipsum scilicet ad graciam in presenti et ad
gloriam in futuro / 3us modus est quo sibi
membra eiusdem corporis adinvicem
Cor[inthios] 12 Sicut enim in uno corpore
multa membra habemus omnia autem
membra non eundem actum habent ita
multi unum corpus sumus in Christo.
Amor proximi debet imitari
formam amoris membrorum corporis multi-
pliciter primo quia unum membrum non invidet alii
licet non habet officium alterius membri
1 Cor[inthios] 12 Si totum corpus oculus
ubi auditus / si totum auditus ubi
odoratus [et]c[etera]. Nunc autem posuit deus
membra ut unumquodque eorum in corpore
sicut voluit / Ideo non debet aliquis
invidere proximo habenti graciam quam ipse
non habet / Aug[ustinus] Auferat deus pestem in-
vidie abstulit omnem hominem / diabo-
licum enim vicium est / 2° quia unum
membrum lesum ab alio sed non vin-
dicat, sic debet esse inter membra
ecclesie / Ro[manos] 12 / Nulli malum pro
malo reddentes / 3° unum membrum
non despicitur ab alteris et si infirmum
et debile est / sic non debemus despicere
eos qui infirmi et debiles mali
qua parte videntur in ecclesia sed compati
dolore / 1 Cor[inthios] 12 Si patitur
unum membrum compaciuntur omnia membra
4° quia unum membrum reputat sibi sed
quod fit alii sive bonum sive malum
si ledatur pes os conqueritur, si laudatur
pes os congratulatur, et sic de ceteris
membris / Mat[thei] 25 Quod uni ex minimis
vel ex fratribus meis, et minimis me-
fecistis / 5° quia unum membrum pro alio
se exponit ut manus